



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetii, 1608**

1 Vtrum liceat hominem adiurare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

## QUÆSTIO III.

## DE A D I V R A T I O N E .

S.Thom. 2.2. quæst.90.

## A R T I C U L U S I .

Vtrum liceat hominem adiurare.

cessitatem afferat, sibi subditos in maresia licita & honesta tali genere adiurationis constringere. Quinta conclusio: Licitum est cuicunque quoquis alios, sive sibi superiores, sive inferiores circa necessitas impositionem per reverentiam diuinum nominis vel alicuius rei sacre ad aliquid agendum adducere. Et dum ait D.Thom. hoc licet respectu quorumlibet Deum etiam comprehendit quem adiurare possumus. Quare in argumento duo protulit contra questionem exempla. Alterum, quod Deum ipsum per aliqua sacra obsecrantes obsecramus. Alterum Apostoli ad Roman. 12.vi per Dei misericordiam obsecrat fideles. Quæ quidem obsecrations quedam sunt adiurationis forme.

Adiurare, si vim præpositionis, que ait. Adiuratio: cum quis negas se aliquid fecisse, ait Dispeream, si hoc feci. Vnde apud Teren. in Hecy. Sancte adiurat non posse apud vos Pamphilum se absente perdurare. Impræsentiarum autem idem est, quod iurando quempiam ad opus aliquid appellere & inducere: sicuti abiurare, idem est quod aliquem iuramento abigere & repellere. Quemadmodum in baptismo abiuramus dæmones, illis corumque pompis abreniantes, & heretici dum concuruntur, hec resiliunt. Ergo Latine adiuro, idem quod Græcè εἴποις, vnde exorcismus, idem est quod adiuratio. Et quamvis frequentius usurpat pro adiuratione dæmonum, qui ab energuminiis exorcismis propelluntur, latius tamē patet, ut modo dicebamus. Nam & Deum adiuramus & homines & irrationales bestias, & tempestates nobis nocentes. Adiuramus enim Deum, cum per merita filii sui eum obsecramus. Quem quidem morem ecclesia in periodis omnium collectarum obleruat, cum in calce semper ponat per dominum nostrum Iesum Christum, &c. Et adiuramus Christum per suam crucem, per quem suam passionem & resurrectionem; & miseriobrante per viscera Christi, per meritata Deipara virginis. In summa, ut ait S. Thomas. Sicut per iuramentum necessitati faciendo aliquid, nos ipsos adigimus, ita & adiuratione alios inducimus. Quo fit, ut sicut iuratio sic etiam adiuratio, dum legitima est, ad virtutem religionis pertineat:

D d d 4 &amp; dum

**L**1 Prima conclu. Vrationi annexa est adiuratio, atque adeo post illius tractatum conguit, ut quæstio hæc subtextetur. Quæritur ergo D. Thom. hic tres articulos, tamenuti quatuor sunt rerum genera: quas in usu & more est adiurare, quae sunt Deus, homines, dæmones, ac res denique irrationales. Deo ergo ac de hominibus responderet in hoc primo articulo quinque conclusionibus. Prima est, Adiurare est aliquem vel superioriem nobis, vel inferiorem per diuinam aliquam obsecratiōnem ad aliquid agendum ordinare. Quam viiq; definitionem probat ex ordine adiurationis ad iuramentum promissoriū. Post enim quique & scipsum & superiorē se atque se inferiorem ad aliquid agendum ordinare & destinare, se autem ipsum per iuramentum, hoc est per reverentiam diuinī nominis quisque destinat & obligat ad id faciendum quod promittit. Dum ergo aliud per aliquod sacram addicit ad aliquid agendum, sive deprecād, si est superior, sive imperando, si est sibi inferior, tunc dicitur illum adiurare. Secunda conclusio. Differētia est inter iuramentū, quo quis se obligat, & adiurationem, qua alios ad aliquid mouet & excitat. Est enim homo sūarum actionum dominus, non tamē eorum que sunt ab alio agenda, nisi sibi sit subditus: ob idque sibi ipsi potest per iuramentum necessitatem imponere, non aut alij præterquam sibi subiecti. Tertia conclusio: Si quis per invocationem diuinī nominis vel cuiusque rei sacre illi, qui sibi non subditur necessitatem quidpiam agendi imponere intentant, sicut sibi ipsi imponit iurando, eiusmodi adiuratio illicita est. Sane cum sit iniuriosa usurpatio potestatis quæ in alium non habet. Quarta conclusio: Cuiusque superiori licitum est, dum ratio ne

& dum est illicita, sit etiam vitium religio-  
nis contrarium. Atqui idem est de abiura-  
tione: coniuratio vero alium habet signifi-  
candum: est enim conspiratio in aliquod  
facinus reipublice perniciosum: sic dicta,  
quia multi in eundem finem simul iurant,  
quauis & pro vehementi adiuratione vfu-  
petur: coniurantur enim tempestates. Ter-  
tia tamen conclusio esse cuiquam ambigua  
potest, quia negatur licitum esse necessita-  
tem per adiurationem imponere alicui  
non subdito. Nam dum quis ab aliquo iu-  
ramentum petat & recipiat seruandis fidem  
contractus & paci, nempe ab emitore sol-  
uendi pretium creditum, illum videtur ad  
jurando necessaria obligacione deuincire.  
Perinde omnino ac de Abraham Genes-  
24 legitur, qui seruum iure iurando perfir-  
xit, supposita fœmori manu, ne vxorem fi-  
lio suo Ilaac de filiabus Chananaorum,  
sed de terra cognitione suæ acciperet. Qua  
propter nullum hac ratione discrimen est  
inter seruum, & alium, qui est liber & sui  
juris. Hoc argumentum ob id fecimus, ut  
penitus ratio adiurationis exp̄imeretur,  
quatenus à simplici iuratione differt haud  
enim negat conclusio, quin possumus quisque  
quamlibet iuramento constringere: nam  
a rege ipso capitur iuriandum obligato-  
rium, sed de adiuratione fit in ea sermo. Et  
enim differentia, quod cum iuramentum  
ab aliquo capitur, idem ipse à quo capitur  
actione propria iurat, seipsum obligans, si-  
ue alterius, qui iuramentum recipit, seruus  
sit, sive dominus. Adiuratio vero non a-  
ctio eius est qui adiuratur, sed adiurantis:  
ut si verbi gratia, ego quempiam prece &  
sacerdotum obtestatione ad aliquid agen-  
dum moneam, sicut Pontifex dixit Christo, Matth. 26. Adiuro te per Deum viuū,  
ut dicas nobis, si tu es Christus: hoc enim  
non fuit iuramentum capere, sed adiura-  
re. Et Num. 5. aiebat le: zelotipiz: Adiu-  
rabit mulierem sacerdos, & dicet: si non  
dormiuit vir alienus & tecum, &c. Et 1.  
Reg. 14. adiurauit Saul populum dicens:  
Maledictus vir qui comedet panem vñqz  
ad vesperum, donec vñscar de inimicis  
meis. Hand ergo adiuratio idem est quod  
inratio. Vnde fit consequens, quod qui  
contra adiurationem sibi factam venit etiam  
si seruus sit, neutiquam est perius, quod si vera esset, si ipse iurasset licet sua  
criminis inobedienti⁹ reus. Quocirca si A-

## Argu.

raham fecit, vt seruus suis verbis protulit  
se iuramentum per dominum celi & ter-  
re, non fuit adiuratio: sed capio iuramen-  
ti, quod fecit seruus seipsum obligans. Ma-  
gis tamen consentaneum texum appetit,  
illa verba Abraham per modum adiura-  
tions protulisse, dicens, Adiuro te per do-  
minum Deum celi & terre, &c. Sic enim legi-  
tur: Pone manum tuam subter fœnum  
meum, vt adiure te per dominum Deum  
celi & terra, vt non accipias, &c. tamen si ca-  
ptio iuramenti non nūquam adiuratio di-  
catur. Legitur namque Iosue 2. Postquam  
exploratorum hospita illos iuramento de-  
uinxit, vt se domumque seruarent suam,  
innoxij erimus à iuramento, hoc quo adiu-  
rati nos, &c. Potest ergo, vt quarta alterius  
conclusio, dominus non solum iuramentū  
à seruo exigere, verū & ipsum propriū  
verbis per Deum & sacra adiurare. Et sic  
seruus te nevir parere ex fide quam domi-  
no debet. Attamen per propriū iuramen-  
tum ait si quisque constringitur, quām  
per alterius adiurationem. Est tamen gra-  
uior culpa adiurato seruo, si non sit obtem-  
perans quām si non fuisse adiuratus. Qua  
propter dominii iure nequeunt sine causa  
legitima seruos imperando adiurare. Quā  
vero aliae adiurationēi, quae sunt ad iuge-  
stiones, non debent sine compētēi ratione  
fieri: est enim importunū & religioni ini-  
onus consonum, dum quidam virginitate  
cessitare, vt miserum obolum extorquent  
per Christi vulnera perque intemerata  
génitilis viscera, obūm quemlibet adiur-  
ato dum Deum obsecrant adiurantes, de-  
bemus obsecrationis rei, quādā popula-  
mus, admētiri, & non pro re, que minima  
pecunia aestimatur, contemendas obiecta  
tiones accumulare.

Primum argū D. Thos. sumitur ex Ori-  
genē hom. 35. super illud Matth. 26. Adiu-  
ro te per Deum viuum &c. vbi ait, Ultimo  
qm̄ non oportet, vt homo qui vult secundū  
Euangelium vivere, adiurat alterum: Si  
nim iurat non licet quantum ad Euange-  
lium Christi mandatum nec licet adiura-  
re. Idque inde confirmatur, quod princeps  
ille. Sacerdotū Iesum illiciter adiurari per  
Deum viuum. Responso tamen est Ori-  
genē id intelligere de adiuratione, qua  
quis alium non sibi subditum cogendo ad  
iurat. Adiuratio aut̄ principis sacerdotum  
iniqua ob id fuit, q̄ illo pacto voluit pe-  
nitēre.

SOTO  
DE HUIC  
LEGITIMIS  
DILECTUS  
13

stringere Christum, ac si eius esset legitimus princeps. Erat enim iudeis frequenter adiurare subditos, quam iuramentum ab illis exigere: præcipue quod princeps ille veritus fuit à Christo iuramentum exigere: timens ne ille facere renueret. Adiuratio tamen illa multis nominibus fuit absurdia. Primum, ex defectu potestatis: quoniam in processu illo, quo Iudei ad Christi necem tendebant, non poterant eum de crimen interrogare, quia non poterant interficere quemquam. Secundò, quia superflius erat interrogari, cum satis id per doctrinam & miracula Christi de bussent habere exploratum eum esse Christum. Ad hanc adiuratio illa impura et & nefanda, quia noblebant id à Christo audire, ut redirent, sed ut translati (ut fecerunt) inde nanciscerentur adiungendi eum in mortem. Quare Christus neque paruit respondendo sum, neque proorsus negavit cum responderit, Tu dixisti.

Secundum argumentum eodem pertinet, scilicet, quod non licet adiuratione alium compellere, necessitatem illi impendo preterquam subditum.

Tertio arguendo discrimen tangit, quod nos supra inter adiurationem & captionem iuramenti declarauimus. Arguit enim, Adiurare est aliquem ad iurandum inducere: quod tantum potest dominus in seruum, vel creditor in debitorem, ergo non licet inferioribus superioribus adiurare.

Respondendo autem assumptum negat. Adiurare enim non est alium ad iurandum inducere, sed obtestatione ad aliquid provocare. Et autem differentia inter adiurationem, qua ad hominem vimur, & qua viimur ad Deum. Cum enim hominem adiuramus, cõtendimus per factorum reverentiam eius animum emolliere, & immutare. Cum autem Deum, qui omnino immutabilis est, obsecramus, non id intendimus; impium enim hoc esset, sed contendimus aliquid ab eo obtinere, si modo per æternam eius voluntatem nobis destinavit concedere. Multa enim nobis, quæ ab eterno clargiri constituit, decrevit dare p. nostras obsecrations & merita, que sunt effectus gratiae, atque adeo prædestinacionis. Itaque licet nos sine nostra meritis & prædestinatur, & per præuenientem gratiam vocauerit, tamen nos per eius adiuvicem gratiam & nostra ope-

ra, ac subinde p. nostras obsecrations augmentum spiritualium charismatum promeremur; iuxta verbum Petri, Certam vocem vocationem facite.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum liceat dæmones adiurare.*

**S**ubsequitur, ut videamus, an liceat adiurare dæmones? Ad quod D. Thom. supposita distinctione duabus conclusionibus responderet. Distinctio ex superioribus colligitur; Bisariam namque quempiam adiuramus, scilicet per modum deprecationis, ob reverentiam rei sacrae quempiam inducendo, & rursus per modum compulsionis.

Prima ergo conclusio est; Neutiquam Prima licet dæmones per modum deprecationis conclusi adiurare. Cuius ratio est, quia hoc genus quoddam est benevolentia & amicitia; quam erga dæmones nullatenus gerere fas est. Secundus autem modus subdistinguitur. Nam alium compellendo adiurare dupliger accidit scilicet, aut tanquam hostem aut tanquam subditum. Praterca tanquam hostem aut ad illum repellendum & propulandum, ne nobis noceat, aut ad aliquid ab eis obtainendum, sive per doctrinam, sive per aliud quodvis auxilium.

Est ergo secunda conclusio quadrum. Secundabis; Dæmones per modum compulsionis conclusi adiurare possimus, non tamquam tanquam nobis subditos idque ad ipsos repellendos non autem ad aliquid ab eis obtainendum, nisi forsitan aliqua nobis affulserit diuina inspiratio, ut id faciamus. Ad huius autem conclusionis intellectum, speculandum est, dæmones in huius vita decurso constitutos esse aduersarios nostros. Etenim ut post originalem culpam amissi scæno originalis iustitiae, relicta nobis fuit rebellio carnis ad exercitium, sic & post victoriam serpentis qua dæmones primos nostros parentes superarunt, permisum illis est, ut nos bello impugnent, nempe ut per hanc militiam, que ut ait Job, est vita hominis super terram, ad triumphum semper felicitatis promouerentur. Vnde Paulus ad Ephes. sexto. Induite vos inquit, aduersus infidias diaboli, &c. Sunt ergo dæmones in hac vita aduersarij nostri, tanquam leones (vixit Petrus) in nos rugientes;